

M. AVRELI  
CASSIODORI  
SENATORIS V. C.  
OPERVM QVÆ EXTANT.  
TOMVS SECVNDVS.

*Pagina sequens que in hac parte continentur vice  
indicis designabit.*



PARISIIS,  
Apud MARCVM ORRY, via Iacobæa,  
sub insigni leonis salientis.

M. DC.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

---


## M. AVREL. CASSIODORI.

De Diuinis lectionibus libb. 11.  
De Schematibus & Tropis S. scripturæ.  
De Orthographia ex veteribus Grammaticis excerpta.  
De Septem disciplinis.  
De Amicitia.  
Edictum Theoderici Regis Italiae.  
C. Sollij Apollinaris Sidonij Epistola de Theod. Rege.  
Chronicon.  
Jordanus de rebus Geticis.  
Ennodij Panegyricus.  
Guliel. Fornerij Notæ in libb. Variarum.  
Francisci Modij Summaria singulis Epistolis præfixa.  
Perpetuæ ad marginem notæ, ac interpretationis vice  
variarum lectiones.  
Pet. Brossci Animaduersiones in Cassiodorum.  
Gnomologia Cassiodorana.

*Cum Indice locupletissimo.*

---

## IOANNES TRITENHEMIVS de scriptoribus Ecclesiasticis.

 Cassiodorus Monachus & Abbas Cœnobij apud urbem Rauennatensem, vir in diuinis scripturis valde doctus, & in secularibus litteris omnium suo tempore facile eruditissimus, non minus sanctitate quam scientia clarissimus effulsit. Hic primum fuit Cancellarius Theoderici regis Italiae, & Senator Rauennas, ac Romanae urbis Consul: postea contemptis vanis honoribus seculi pro amore Dei, Monachus factus est. Ex tunc studium litterarum humani-



INCIPIT LIB. CASSIO

DORI, DE INSTITVTIONE  
diuinarum scripturarum.

DE OCTATEVCHO.

**P**RIMVS scripturarum diuinarum  
codex est Octateuchus, qui initium  
illuminationis nostræ historica re-  
latione fecit à Genesi. Huius prin-  
cipia sanctus Basilius Attico sermone luci-  
dauit, quâ Eustathius vir disertissimus ita tran-  
stulit in Latinum, vt ingenium doctissimi viri  
fecunditæ suæ viribus æquiparasse videatur; qui  
vsque ad hominis conditionem nouem libros  
tetendit. Vbi & cœli & terræ naturam, æris &  
aëuarum, vel creaturarum pœne omnium qua-  
litates aperuit, vt quod in auctoritate breuita-  
tis studio prætermissum est, tractatum latius,  
minutissimè atque clarissimè disceretur, Nam  
& pater Augustinus contra Manichæos duo-  
bus libris disputans, ita textum Genesis diligē-  
ter exposuit; vt pœnè nihil relinquere proba-  
retur ambiguum. Vnde contigit vt nolens præ-  
staret hæresis confutata, quatenus, dum illa  
fortiter vincitur, Catholici diligentius in-  
struantur. Quos libros in codice supradiçti Ba-  
siliij, vt opinor, forsitan competenter adiunxi-  
mus, vt textus prædictæ Genesis lucidius le-  
gentibus panderetur. Deinde sanctus Ambro-

*In principio  
Genesis qui  
scripserint.  
Estat in M.  
S. translatio  
Eustachij.*